que eſt genus rubi quod in prio
ſuo cremento eſt quaſi mollis her
ba ſed in fine producit ramuſcu
los acutiſſimos. intelligitur dyabo
lus q̄ primo mollis eſt ſuggeren
do delectacōnes peccati a in fine p
ducit aculeos acutiſſimos ſcilicet
penas inferni. Hoc autem non in
telligunt peccatorēs donec veniant
ad tormentum. Et ideo pmittunt
ſe abſorberi ab eo per peccatū Et
hoc eſt priuſq̄ itelligent ſpine ve
ſtre ramnū id eſt anteq̄ peccato
res intelligant dyabolum ſeu pe
nas iferni ⌊ſicut viuētes ſic ira ab
ſorbet Nico idest eo tempoē
eos⌋ quo ſperabit de
duracione vite eorum deus auferre
eos ſubito de preſenti vita
Caſſio Nam q̄ dictum eſt
abſorbet eos. eorū
ſubito ſignificauit interitum. quia
quanta domino in ſuſtinendo pa
ciencia fuit. tanta erit punicio in ce
leritate iudicij. Et quia vnde puni
untur mali inde ad iuſticiā pfici
unt boni ideo ⌊Letabi
ſubditur Nico tur iuſtus
cum viderit vindictā⌋ id eſt impi
orum punicionem. Non enim leta
bitur motus zelo vindicte proprie
ſed zelo diuine iuſticie ⌊manꝰ ſuas
lauabit⌋ id eſt opera ſua magis

iuſtificabit ſcd̄m illud apoc. xxij.
Juſtus iuſtificetur adhuc ⌊in ſan
guine peccatoris⌋ id eſt in punici
one eius que eſt occaſio meliora
cionis vite ſue ſcd̄m illud puerb.
xxi. Mulctato peſtilente id eſt pu
nito peccatore ſapientior erit par
uulus idest Gre vij. moraliū
iuſtus Sicq3 fit vt
quia iniquus viuens multos ad
culpam traxerat delectacione pec
cati. quoſdam moriens a culpa re
uocet terrore tormenti quia dum
eius pena conſpicitur conſpicien
tis vita emendatur. Aliē de futuro
Jero ⌊letabitur iuſtus cū vi
derit vindictam⌋ impiorū
quia quando illi damnātur in pe
nis. iuſti letificantur in premiis ⌊
manus ſuas lauabit in ſanguine
pecca Caſ Impio enim peun
toris te commonetur in
nocens caucius ſe diligētiuſq3 ſtra
ctare ⌊Et di Nicolaus
cet homo⌋
Vnuſquiſq3 racionabiliter loquēs
⌊ſi⌋ pro quia vtiq3 fructꝰ ē iuſto⌋
Hugo quia deus dat ei pro
meritis ſuis vt hic p
ficiat in fide ſpe a caritate ⌊vtiq3 ē
deus iudicans eos⌋ hoc eſt pecca
tores ⌊in Nico quia dat ſen
terra⌋ tenciam p eis
non ſolum in futuro ſed etiam fre
quenter in Caſſio vult eni;
preſenti itelligi q̄
nec boni i hoc ſeculo a beneficio ſūt
ſeq̄ſtrati licet mūdaiſ onerib9 pre
mātur. nec mali oino hic a pena
ſūt liberi q̄uis florere videantur

**Aug.** Interroget ſe qui aliq̄d amat. ⁊ ad illud perueni
re non poſſunt videant ſi nō cruci
antur deſiderio. Et cum peruenerit
ad illud quod licite deſiderāt. atte
dant ſi non cruciantur timore. vi
deant hic penas ſuas anteq̄ꝫ veniat
illa reſurrectio cum in carne reſur
gentes non immutabuntur. Oīs
enim reſurgemꝰ ſed non omnes
immutabimur. habebunt quippe
corrupcōnez carnis in qua doleāt
non in qua moriātur. habēt mali
⁊ in hoc ſeculo aliā penaz. Ecce di
ues ille adhuc induitur purpura
⁊ biſſo. ⁊ adhuc epulatur q̄tidie
ſplendide nondum produxit ſpiaſ
ramnꝰ. nōduz dixit. crucior i hac
flamma ſed iam eſt mētis cecitas
iam oculus mentis extinctus eſt
Iniqui enim qui habent oculum
mentis extinctum non diſcernunt
quid interſit inter refrigeriū caſti
tatis ⁊ flammam libidinis. int ſe
curitatem ſpei ⁊ timorem facinoris
ꝓpter hoc inquit apoſtolus. Deus
tradidit illos in concupiſcentiam
cordis in immundiciam vt faciāt
que non conueniūt. Non ei pua
pena ē habere tenebras mētis ex
teriores vbi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dētiū

**Caſſio** Ecce verus ſol qui te
nebras noſtras cali
ginesq̄ꝫ diſcutiens quid in veritate
ſentire debeamus oſtendit Iaz ne
mo ſit dubius nemo remurmuret
In iſto enim mundo deuz occulte
res humanas examinare cognoſ
cimus qd̄ in illo ſeculo facere ma
nifeſtius comprobatur.

**Iero** Et nos ſi in preceptis dei
aures non obdūramus
ſi ſanctorum monita cum innocen
tia exequamur. ſi noſtrorū ſpinis
facinorum non affligamur. ſi ma
nus ab omni ſanguine immunes
cum innocentibus abluamus di
gnis ſanctorū premiis honorabit
nos iħs criſtꝰ dn̄s nr̄ cui ē honor
⁊ gl'a i ſecula ſeculorum Amen

# Pſalmus.lviii

# Eripe me de i

nimicis Titulus in finē
ne corrumpas dauid
in tituli inſcriptione quando miſit
ſaul ⁊ cuſtodiuit domum eius vt i
terficeret eum.

**Hugo** Iſte titulus
ptiꝫ ſumptꝰ
eſt de euāgelio viz de titulo quē pi
latus appoſuit cruci dominice. de q̄
ſub titulo duorū prece
dētiū pſalmoꝝ ē dcm̄

**Nicol** Et ptim ſumptꝰ ē de. i. regū. xix. vbi
legit̄ q̄ ſaul voluit pcutē lācea dd̄
pſallētē corā eo ſꝫ declinauit dd̄ ictū
⁊ iuit ad domū ſuā ⁊ tūc ſaul miſit
ſatellites ſuos nocte illa ad domuꝫ
dd̄ vt cuſtodiret eū ⁊ interficeret
mane. Qd̄ cum annūciaſſet micol
ipſi dauid depoſuit eum per feneſ
ſtram ⁊ ſic abiīt ⁊ ſaluatus eſt. De
hac em̄ ſaluacione fecit dd̄ iſtum
pſalmū ad
litterā

**Glo** Qui tn̄ expo
nit allegorice
de ſignato huius hiſtorie. dauid
xp̄m ſig̃t. domꝰ eiꝰ ſepl'crū xp̄i ſa
ul regnū iudeoꝝ q̄ miſerūt cuſto
dire ſepulchrum ſed non vidēt co

uenire quod dicitur ſcilicet interfi
cerent eum. Iaʒ vtiq; interfectus
erat chriſtus quando miſerunt cu
ſtodire ſepulcrū ſʒ q̄rebāt interficē
eum non corporalit̄ ſed ſpūaliter
ꝗ famam ⁊ nomē eius extinguere
ne crederet̄ in euʒ. Vnde titulus p̄
dictus ſic exponitur pſalm⁹ iſte te
dens in finem id eſt in chriſtum
ad quem venire deſideramus qui
pſalmus ait. Ne tu pylate vel iu
dee corrūpas dauid in tituli inſcri
ptōne dicendo xp̄m non eſſe regē
cui⁹ regni firmitateʒ titul⁹ chriſti
cruci affixus manifeſtat.

**Hugo** Quod tamen facē vo
luerit pſidi iudei quā
do miſit ſaul ⁊ cōſiliū iudeoruʒ ⁊ cu
ſtodiuit ⁊ cuſtodire fecit domum
eius ⁊ ſepulcrum chriſti vt interfi
cerent euʒ id ē vt extinguerent no
men ⁊ famam eius ſicut ſupradi
ctum eſt. Intencio pſalmiſte eſt
vt nemo contradicat chriſto qui
tanq̄ in paſſione poſitus orat libe
rari ab inimicis iudeis dicens

Eripe me de inimicis meis
iudeis inuidentibus in occul
te O Pater qui es deus meus in
quantum ego ſum homo ⁊ ab in
ſurgentibus iudeis p maledicta ⁊
blaſphemias in me id ē contra
me libera me Eripe me de operanti
bus iniquitatem videlicet a iude
is collaphiſantibus ⁊ aflagellnti
bus ⁊ flagellantibus me ⁊ de vi
ris ſanguinum id eſt a crucifixo
rib⁹ meis ſalua
me

**Auguſti.**

Erant iudei viri ſanguinum qui iu
ſtū i quo nullaʒ culpā inuenerūt
morti damnauerūt. Clamātes cru
cifige crucifige eum. Erāt emʒ viri
ſāguinū quib⁹ cū obijceret̄ crimē
ſanguinis xp̄i reſponderūt ꝓ permanen
tes poſteris ſuis. Sanguis ei⁹ ſup
nos ⁊ ſuper filios noſtros

**Caſſio.** Merito enim viri ſā
guinum dicti ſunt
quoniam ſupra ſe minſte mortis
onera ſuſceperunt. Petit ergo ab
eis pro humana infirmitate librā
ri q̄ tamē totū volūtarie ſuſtiebat

**Aug** Factum eſt hoc in carne
chriſti. fit ⁊ in nobis. Ne
q; enim ceſſant inimici noſtri dya
bol⁹ ⁊ angeli eius ⁊ mundus inſur
gere q̄tidie contra nos ⁊ illudēre vel
le īfirmitati ⁊ fragilitati noſtre ac
nos deceptōnib⁹ ſuggeſtionibus
tēptationib⁹ q̄buſcū q; alijs laq̄is
irretire cū in terra adhuc viuim⁹.
Sʒ vox noſtra vigilet ad deū ⁊ cla
met in membris chriſti dicens

**Hug** Eripe me d inimicis
meis deus me⁹ id
eſt a dyabolo ⁊ mundo retinente.
Quoniam ſicut dicitur Iacobi. v.
Qui voluerit eſſe amic⁹ huius mū
di inimicus dei conſtituitur vnde
auguſtinus O ſeculum neq̄ꝗ q tu
os beare ſic ſoles amicos vt ipſos
facias dei inimicos. Eripe me a di
abolo inſtigante. a luxuria lubri
cante a gula inebriante. ⁊ a quo
cunq; vicio me temptante ⁊ ab in
ſurgentibus illis inimicis i me
id eſt contra me libera me Mun
dus inſurgit contra iuſtos ſpecies
rerum viſibilium repreſentando ⁊

cūqʒ eos pſeq̄ndo ꝯ diabolꝰ ꝯtinue
male ſuggerēdo· luxuria oblectacō-
nibꝰ alliciendo· gula neceſſitatem
p̄tendēdo· auaricia caſus fortuitos
ante oculos ponendo· ira iniuriaʒ
illatā ad memoriā reducēdo· ꝯ ſic
de alijs vicijs diuerſimode īſurgē-
tibus cōtra nos in cogitationibꝰ
noſtris. Et quia facile trahitur hō
ad hec vicia ꝑ exemplum· Ideo po-
ſtea bene petit ⌊eripe me de opan-
tibus iniquitatem⌋ ne ab eis inſi-
ciar ꝯ inducar ad peccatū ⌊et de vi-
ris ſanguinum ſalua me⌋ Viri ſā-
guinum ſunt detractores q̄ deuo-
rant plebē domini opprobrijs et
verbis doloſis. Deinde proſequen-
do expoſicōnē ſcd̄m ſenſū allegori-
cū de xp̄o inceptū· Sequitur vox chri-
ſti orantis ſe eripi de perſecucōne
iudeorū atqʒ ꝯſequenē dictis· Ne-
ceſſe eſt vt me eripias ⌊Quia ec-
ce ceperūt⌋ inſidioſe ⌊animā meaʒ⌋
i· vitā meā carnalē vel meipſum

**Nico** A parte principali q̄ ē anima deſignans totuʒ

**Hugo** Nec ſolū inſidioſe hꝰ egerūt ſʒ impetuoſe vn̄
ſubditur ⌊irruerunt⌋ cum impetu
⌊in me fortes⌋ **Caſſiodoru.**
videlicet dyaboli ꝯ miniſtri eius.
Ipſi enim in cor Iude aſcenderunt
vt ſaluator morti traderetur Ipſi
populum peſſimis inſtigacionibꝰ
incitauerunt vt liberatoreʒ huma-
ni generis pfida volūtate dānarēt

**Auguſtinus** ⌊fortes⌋ i· iudei de iu-
ſticia ſua p̄ſumentes irruerunt in
nie vt me traderēt morti tanq̄ pec-
catorem et iniquū· ꝯ tn̄ peccatum
in me non inuenerunt· vn̄ ſubdit

**Caſſiodorus** ⌊Neqʒ iniquitas
mea⌋ id eſt maliuolentia mea ⌊ne-
qʒ peccatum meum⌋ in opere

**Hugo** Fuit cauſa q̄ iudei ſic irruerunt in me quia
⌊domine ſine iniquitate⌋ qua ledi-
tur proximus id eſt pure et inno-
center ⌊cucurri⌋ viā huiꝰ mundi
⌊ꝯ direxi⌋ id eſt ad rectū finē opa
mea ꝑduxi **Caſ.** hoc ei erat dirigi· vn̄ venerat vt re-
diret ſicut pſalmo· xviij dicit· Ex-
ultauit vt gygas ad currendam
viam a ſummo celo egreſſio eius
ꝯ occurſus eiꝰ vſqʒ ad ſumū eius

**Jeronim.** Cucurrit enim ꝯ direxit quia de ce-
lo venit in vterum· de vtero venit in
p̄ſepe· de p̄ſepe i crucē de cruce in ſe-
pulcrum· de ſepulcro ad inferos
de inferis victor remeauit ad celos

**Hugo** Et quia ſine iniquitate ꝯ peccatis cucurri
viam preſentis vite Idcirco O de-
us pater ⌊Exurge in occurſuʒ me-
um⌋ vt ſuſcipias me reſurgenteʒ
ꝯ aſcendentem **Jeronimus.**
Quem occurſum vſqʒ ad viſitacio-
nem gentium extendi poſtulat di-
cens ⌊ꝯ vide⌋ id eſt fac videri a gen-
tibus curſum meum vt credāt me
equaleʒ tibi **Hugo** ⌊Et tu domine⌋ potes
hoc facere quia tu es ⌊deus virtutū⌋
id eſt angelorum· Et qui putas

ſolum eſſe deus iſrahel id eſt deus
vnius gentis Intende nunc ad
viſitandas omnes gentes intus in
cordibus eorum per gratiam. et exte
rius per predicationem apl'orum

**Caſſio.** Vt tibi credencium
copia creſcat ex gen
tibus que ſterilitatem fidei in populo
iudaico conſpexiſti Et reſpice quo
mnes gentes: dicat. quoniam de
vniuerſis nacionibus erant do
mino iuuante in xp̄m credituri ſic
in .ij. pſal. dictum ē. Et dabo tibi gē
tes in hereditatem tuam et poſſeſſi
onē tuam terminos terre. Valde ei
tremendū eſt q̄d ſubdit Non mi
ſerearis oib9 qui opant̄ iniq̄tatē

**Auguſti9** h° duob9 mois
intelligi pōt ſi
ue que oino nulla peccā relinq̄t deus
ipunita. Iniq̄tas ois ſiue parua
magna ve ſit: puniat̄ necē eſt aut
ab ipo hoie penitente aut ab ipſo
deo vindicante. Nam et quē penitet
peccaſſe: punit ſeipm Ergo fres pu
niam9 noſtra pctā ſi querim9 mi
ſericordiā dei. Sed iā videam9 aliū
modum quo hec ſnīa poſſit intelli
gi. Eſt a quedā iniq̄tas quā q̄ ope
rat̄ non pt fieri vt eius deus miſe
reat̄. Querit̄ forte quenā ſit illa.
Ipſa eſt defenſio pctōrum. Sed quo
ea defendūt ſi deus voluiſſet non id
feciſſem. ſi fatū meū erat vt hoc facē;
Pctm̄ tuum defendis vt deum ac
cuſas. porro talem iniquitatem o
perancium non miſeretur deus

**Nicolaus.** Vel n̄ miſerea
tis omnibus
qui ex certa malicia et obſtinata

operantur iniquitatem de qua di
cit. Ioh. in canonica ſua Eſt pecca
tum ad mortem non pro eo dico vt
quis

**Hugo** Deinde conuerſi
oret onem gentium
quam ſupra predicāt chriſtus hic
affirmat dicens Conuertentur
gentes ad fidem a hoc ad veſpe
ram id eſt in ſexta etate ſcilicet
in veſpere mundi. quo chriſt9 na
tus eſt a paſſus vnde apoſtol9 .i.
ad cho .x. Scripta ſunt ad corre
ctionem noſtram in quos ſeculorum
fines deuenerunt a famem Vbi
dei pacientur vt canes qui ſemp
ſunt famelici a circuibunt ciuita
tem id eſt eccleſiam vel mundum
vbique euangelizando atque laudā
do de

**Caſſi.** Eſt a iſte verſicul9
um propheciа de con
uerſione iudeorum ſignificans in
fine mundi ex eis innumeros do
mino eſſe credituros a tunc famē
pacientur vt canes quia ſicut nūc
crudeliſſima obſtinacione durati
ſunt Ita a tunc fidei auidiſſima de
ſideria patientur. Qui merito cani
bus comparantur quoniam anti
chriſtum illam immaniſſimā be
luā fidei calorē ſuccenſi religioſis
latratibus inſequentur. et circui
bunt ciuitatem id eſt eccleſiam fi
dem ſanctis predicacionibus defē
den

**Hugo** Ecce ipſi cō
do uerſi ad fidem
loquentur manifeſte predican
do in ore ſuo loquētes audacter
non adulando ſed peccata redar
guendo vnde ſubditur a gladius
in labijs eorum id eſt ſermo dei

vi*u*us et effi- **Caſſiodor.**
cax
qui dicitur gladius bis acutus ex
vtroq*ue* teſtame*n*to feriens et ad ſa
nitatem felices animas ſua vulne
racione p*er*ducens de quo dicit apo
ſtolus. Et gladiu*m* ſpiritus quod
eſt verbu*m* dei. Addidit*que* quonia*m*
quis audiuit et quaſi dicat nullus
vel quaſi omnino rariſſim*us* audi
uit predicaciones eoru*m*. Et tu
domine deridebis eos id e*st* dignos
deriſione oſtendes qui predicacio
nes rectas audie*re* noluerunt. deri
ſui enim erunt quando inanes et
fatui ab eterni regni intromiſſione
pellentur v*n*ii prouerb. Ego quo
q*ue* in interitu veſtro ridebo. Hoc erit
quando impijs dicetur Ite male
dicti in ignem eternum. et ad ni
chilum deduces omnes gentes id*est*
in gentilitate et perfidia p*er*manentes
Ponit enim hic pro parte totum.
Dicendo enim omnes gentes: tan
tum illos ſignificat id*est* qui obſtia
cione crudeli in ſua nequicia per
ſeuerant **Hugo** Et quia irruerunt
in me fortes: vi*delicet*
iudei vt ſupra dictum eſt. licet poſ
ſi*m* eos perdere ta*men* paciente*r* ſuſtineo eo
rum perſecuciones q*ue*. Fortitudi
nem meam id*est* potentiam mea*m*
ad te O deus pater cuſtodiam
id*est* ſ*ecundu*m diſpoſicionem tuam differa*m*
vindictam. Et merito quia tu es
deus ſuſceptor meus per reſur
rectionem et deus meus ſupp*l*e
Et hic eſt methaplaſm*us* q*uia* mu
tat perſonam miſericordia eius
ſcilicet patris preueniet me q*uia*

plenitudine donorum et gracia*rum*
vnxit me pre p*ar*ticipibus meis
**Caſſiodorus** O vere pie
tas ſtupe*n*
da creatoris vel ſaluatoris domini
noſtri iheſu chriſti de ſe nos docet
que in nobis intelligere et cuſtodi
re debe- **Hugo** Vnuſquiſq*ue* ei
amus fidelis exe*m*plo
chriſti dicere debet deo fortitudi
nem meam que conſiſtit in ope
ribus virtuo **Jero.** ad te cu
ſis ſtodiam
quia ſemper in ipſis tibi refero
laudes nec meis viribus quicquid
boni aſcri- **Hugo** ſed totu*m* ti
bo bi quia tu
es ſuſceptor meus qui per fidem
me ſuſcepiſti in ſeruum et adopta
ſti in filium et hoc non meis meri
tis exigentibus ſed ex pura miſeri
cordia tua facio. Vnde ſubditur
deus meus miſericordia eius pre
ueniet me infundendo m*ihi* gracia*m*
et dando volu*n*tatem bonu*m* faciendi
**Caſ.** Ipſe ei donat vt bona ve
limus ipſe perficiat vt ad
eius premia peruenire poſſum*us*.
**Hugo.** Vnde quidam ait v
ſus Quicquid habes
meriti p*re*uentrix gratia donat. Nil
deus in nobis p*re*ter ſua dona coro
nat. Sequitur vox chriſti de iudeis
perſecutoribus ſuis Deus oſten
dit michi quid agendum eſſet
ſuper inimicos meos iudeos vide
licet q*uod* orandum eſſet pro eis q*uo*d
et chriſtus fecit dicens ne occi
das eos domine O deus pater cor
poraliter nec ſpiritualiter nequa*n*

obliuiſcantur populi⌋ videlicȝ cri-
ſtiani⌊ mei⌋ id eſt mee paſſionis
quia iudei qui adhuc diſpſi viuūt
in diuerſis mundi ptibus ſunt q̄ſi
ſignum et memoriale paſſionis cri-
ſti. Petrus cantor Nota ad litterā
argumentum ꝙ iudei non ſunt
interficiendi. Tranſlacio enim ro-
mana habȝ ne quando obliuiſcā-
tur legis tue

**Caſſiodorus**

Obliuiſcitur legem q̄ eius precep-
ta nō complet q̄uis animo verba
ipſius tenere videatur. Precatur
ergo ne gens iudeoꝝ peat fūdit⁹
ſed magis erraſſe ſe glorioſa ſatiſ-
factione cognoſcat. de q̄b⁹ adhuc
ſubdit

**Hug⁰** ⌊ Diſpge illos ⌋ per omnia regna mun-
di⌊ in virtute tua⌋ Hoc impletum
ē a tito et veſpaſiano q̄b⁹ preſtitit
de⁹ vt hoc facē potuiſſent ⌊ et depo-
ne eos ⌋ de potentia et de terra ſācta
in q̄ poſuiſti eos. Vel depone eos
a malicia vt fortiores ſurgant cuȝ
eos cadere feceris ſicut paulus de
quo cantat ecclā pſtratus eſt ſeuiſ-
ſimus pſecutor: et eſt erectus fideliſ-
ſimus predicator: hec opatus D⌊
protector meus domine⌋

**Caſſio** Judei ergo ſcdȝ legē
ſuo more vbiq; viuē-
tes diſpſi ſunt ſiue vt ad conuerſi-
onis ſtudia prouocarentur: ſeu ſi-
cut quidam volunt vt inter cōten-
tiones hereticorū ab inimicis ſuis
veteris legis patum teſtimoniuȝ
haberet eccleſia duȝ illud īdubitā-
ter creditur quod aduerſario ſuf-
fragante firmatur. Nicola⁹

⌊ Delictū oris eorum ⌋ videlicȝ iu-
deorū ſupp̄ fuit p⌊ ſermonem labi-
orum ipſorum ⌋ xp̄m coram pyla-
to negando et mortē ipſius nequit̄
poſtulando

**Hugo** Hoc ipſū delictuȝ
et hunc ſmonē
depone et irritum oſtende.

**Auguſt⁹** reſuſcitando xp̄m
quē pdere voluerāt
⌊ et cōprehendantur ī ſupbia ſua ⌋

**Caſſi** Captos enim conſtat
in ſupbia ſua quādo vi-
derunt poſtea reſurgentem quem
prius facientē macula reſpuerūt

**Jero** Vel cōprehendantur in
ſupbia ſua et humiles fiāt

**Hugo** ⌊ Et ⌋ poſtq̄ conſu-
ſi fuerit de pctīs ſuis
viȝ⌊ de execracōne ⌋ q̄ xp̄m execra-
bātur et maledicebāt dicētes. De-
moniuȝ habes ⌊ Et mendacio ⌋ q̄
corpus eius furatum mentiti ſunt
tunc ⌊ annunciabuntur ⌋ id eſt re-
darguentur iudei ab apoſtolis ⌊
in conſummacōne ⌋ id eſt vt conſū-
mantur hoc eſt vt pfecti fiant. de
qua annunciacōne et conuerſione
iudeorum habetur actu. ij. vbi pe-
trus dixit iudeis. Viri iſrahelite au-
dite verba hec. Jheſum nazarenuȝ
virū approbatum a deo in vobis vir-
tutibus et ſignis que fecit p illuȝ
deus in medio noſtri ſicut vos ſci-
tis. hunc diffinito conſilio et preſci-
entia dei traditum per manus ini-
quorum affligentes interemiſtis
Et infra ſequitur His auditis com-
puncti ſunt corde et dixerunt ad pe-
trum et ad reliquos apoſtolos.
Quid faciemus viri fratres

**Aug⁹** In peccato ergo ſuo cō
prehenſi ſunt quia chri
ſtuz occiderunt a de ipſa magnitu
dine peccati plus humiliati ſunt a
maiore humilitate erigi meruerūt
propter quod annunciabuntur i
cōſummatione id eſt magis per
ficientur. Sed quomodo fit cōſum
macio iſta conſequenter declarat
cum ſubdit ⌊
in ira ⌋ **Caſſio** Duob⁹
modis
dicitur ira dei ſiue quando vidicat
ad ſalutem vt eſt illud. Flagellat
enim filium quem recipit. ſiue qū
mittit in ignem eternum eos q̄ ad
ſiniſtram erunt. Hic autem dixit.
In ira hoc eſt in vindicta ad ſalu
tem que non eſt ira cōſūpcōnis q̄
erit in futuro iudicio ſed ⌊ conſum
macionis ⌋ ad correctionem que ē
in preſenti. a hec ira. magna miſe
ricordia eſt. **Gre** Magna mi
Vnde ſericordia ē
in preſenti miſericordiaz nō cōſeq̄
**Caſſio.** conſummacōnē vero
illam dicit quā vnuſ
quiſq; patitur quando memor pec
catorum ſuorum interna ſe caſtiga
cione diſcu **Hugo.** ⌊ Et ⌋ ſi iu
ciat. dixi p hāc
irā conſummacōis conuerſi ⌊ non
erunt ⌋ tales quales ātē fuerūt viz
peccatores a ſupbi. Vnde puerb.
xij. Verte impios a nō erūt ⌊ Et
⌋ ipſi iudei effecti chriſtiani ⌊ ſciet
quia deus ⌋ ſcilicz xp̄s quē occide
runt ⌊ dominabitur iacob ⌋ id ē q̄
ipē vere⁹ rex iudeorū ē ⌊ a finiū terre
⌋ i. gēciū de quū tā iudeorū q̄ gen
tiū cōuerſione Caſſiodor⁹

adhuc ſubditur ⌊ Conuertentur
ad veſperam ⌋ hoc eſt i p̄ncipio ſex
te etatis qū dn̄s ſaluator mundi
ſalutaris aduenit ⌊ a famē patientur
vt canes a circuibūt ciuitatē ⌋ de q̄z
numero erat paul⁹ quez circuiſſe
hāc eccē ciuitatez ſalutares ep̄le ip
ſius teſtātur q̄ p vniuerſas gētes
velut ſacra diuina cōuenerūt
**Hugo** ⌊ Ipſi diſpergentur ⌋
p mundum ⌊ ad mā
ducandū ⌋ i. vt alios p ſuā p̄dica
cionez incorpent eos ad ſcē eccē fi
dē p̄ducētes ⌊ ſi vero non fuerint ſa
turati ⌋ **Caſſio** Saturātur do
ctores qū p̄di
cacōnes ſuas viderint pplos deſide
rāt aſſumē ⌊ a murmurabūt ⌋ tan
q̄ ieiuni cū v̄ba ſua fructificaē nō
cognouerūt i mētib⁹ p̄ſidorū Hos
ē v̄bi dn̄i diſtributores murmu
rare poſſe dicit ſi nō fuerit pplorū
ſaturati ere **Auguſti⁹** De
dulitate q̄
murmuātione ſupi⁹ dixit quoniā
quis audi **Hugo** Poſtq̄ de
uit iudeorū cō
uerſione locut⁹ ē pmittit eccia ſe
laudaturā deuz dicēs ⌊ Ego autē
cātabo ⌋ i. laudādo predicabo ⌊ for
titudinem tuam ⌋ qua iuſtificas im
piū Hec ē ei magna fortitudo Vn
di **Gre** q̄ mai⁹ miraculū eſt
cit ſuſcitaē aiaz ipētuū
victuraz q̄ corp⁹ iterū moriturū
Et Aug⁹ Ait mai⁹ ē ipiuz iu
ſtificare q̄ celuz a trā creare ⌊ a ex
ultabo ⌋ i. exultando laudabo ⌊ ma
ne ⌋ hoc eſt in
die iudicij **Auguſtin⁹**

Trāſactis tēptacōib⁹ cū nox hu
ius ſcl'i trāſierit qñ iā īſidias dia
boli᷑ angeloꝝ ei⁹ñ expaueſcim⁹

**Hugo** qñ lux eterna ſāct o
rū ꝫ corpib⁹ orieť tūc
cū gaudio laudabo ⌊ miam tuā ⌋ q̄
in ſctōꝝ remuneācōib⁹ reluceſcꝫ
Cāꝫ vo hui⁹ exultacōis ſbiūgit di
cēs ⌊ Quia fcēs es ſuſceptor me⁹ ⌋
ꝗ meorū fideliū ad te ꝯūtentiū ⌊ ꝛ
refugiū meū ī die ⌋ h° ē ī tpe ⌊ t̄bu
lacōis ⌋ **Cassi** O q̄ ḡtū refugiū
mee ⌋ qd t̄bulacōnis tē
pore donať Ois em̄ caro ſuſpecta ē
qūſq₃ audiat. Veite b̄ndcī patris
mei pcipite regnū ꝫ tē ēt̄nū ē fugi
uꝫ effiať qñ ad iſtā voc̄ē deſidrātiſ
ſimā pue **Hug.** ⌊ Adiutor mo
ueit us ⌋ ī pſalliſ
⌊ tibi pſallā ⌋ cor ꝛ dē ꝛ ore ꝯfitendo
tuam bonitateꝫ Et vt notet eccā af
fectū ſuū erga miam dei replicat ⌊
q̄ ⌋ O ⌊ deus ſuſceptor me⁹ es ⌋ quo
niam a tribulatione preſenti fide
les in requiē eternam ſuſcipis

**Gregorius** In expoſicio
ne euāgeīl
omelia xix. Inſuper conſiderans
pphã ſeu eccleſia q̄ benign⁹ deus
mala noſtra aſpicit ꝛ portat. cul
pas noſtras tolerat: ꝛ tamē nos
per penitentiam ad premia reſer
uat. noluit deum miſericordem di
cere ſed hunc ipſam miſericordiā
vocauit dicens ⌊ deus meus miſe
ricordia mea ⌋ Vnde reuocāda ſūt
a nobis ante oculos noſtros ma
la que fecimus: ꝛ penſāndum eſt
ex quanta dei benignitate tolera
mur. Penſemus que ſunt eius viſ
cera pietatis vt non ſoluꝫ culpas
indulgeat ſed celeſte regnum peni
tentibus etiam poſt culpas pmit
tit. atq₃ ex omnibus medullis cor
dis dicamus ſinguli. dicam⁹ oēs
deus meus miſericordia mea

**Augustinus** O dulce
nomē ſb
quo nemini deſperandum eſt. om
nes conſolans omnes ad conuer
ſion em inui
tans **Cassiodor.**
Mirabilis ꝛ amplectenda ſenten
tia nam cū multa dixiſſꝫ ad poſtre
mum vno verbo oīa complexus ē
deus inquit me⁹ miſericordia mea
quia quicquid ſum de tua miſeri
cordia eſt. Didicimus domine cri
ſte q̄ multa carne pertuleris. Et
q̄ p perſecutoribus tuis oraueris
O vere iudicem pium ſub quo nul
li confitentiū eſt deſperandum. O
pax benignitas ꝛ poteſtas Nam q̄
pro inimicis oras. quis tuorum
poſſit formidare q̄ pereat dona fa
cere que precipis. dona implere q̄
expe
dit **Collect.** Quatin⁹ tuo
adiutorio
munitī ꝛ miſericordia adiuti mēa
mur in eccleſia ſācta laudes tuas
immaculatis ſenſibus exultare ꝛ
poſt huius vite exilium ad tue be
atitudinis gloriam peruenire quī
es benedict⁹ ī ſecula ſeculorū Amē

## Pſalmus lix

DEus reppuli
ſti nos Titulus huius
Pſalmi talis ē In finē

pro his qui cõmutabuntur in titu
li inſcripcõne dauid in doctrinam
cum ſuccendit meſopotamiam ſy
rie et ſyriam ſobal et conuertit ioab
et percuſſit edom in valle ſalinarum
duodecim milia **Hugo** Titulus iſte tãgit
duas hiſtorias vnam que eſt .ij.
regum .x. et paralip. xix. de amõ filio
naas rege amonitarum qui dehone
ſtauit nũcios dauid preſcinden
do veſtes eorũ a pedibus vſque ad
nates et radendo barbas eorum . et
videns quod iniuriam feciſſet dauid
regi timuit ſibi . et conduxit exerci
tũ de meſopotamia et ſyria ac alijs
locis . contra quem miſit dauid io
ab principẽ milicie cũ exercitu et de
uicit eos . Tangit et aliam hiſto
riam que eſt .ij. regum . viij . vbi
dicitur quod dauid percuſſit adadeſer
regem ſobal que eſt pars ſyrie et
facta eſt ſyria tributaria dauid et
cũ reuerteretur capta ſyria percuſſit
de edom .xij. milia in valle ſalina
rum ſed quia in nulla hiſtoria le
gitur quod Dauid conuertit ioab nec
in predictis vaſtacionibus mencio
nem aliqua fecerit **Glosa** ſuperficie hiſtorie
relicta ſicut in pleriſque alijs titulis
fit . ad ſpiritualem dirigimur intel
ligentiã que ex interpretacionibus
nominum ſumitur **Cassi.** In primo enim poſi
tum eſt In finem pro his qui cõmuta
buntur Cõmutantur autem in fi
nem qui veteris hominis errore depoſi
to domino ſaluatori pura mẽtis
intencõne famulantur . De quibus
dicit . Fuiſtis aliquãdo tenebre nũc
autem lux in domino . Quẽadmodũ
vero poſſint commutari exponit
cum ſubdit in tituli inſcripcione .
Tituli inſcripcõ appoſiti cruci do
minice ihesum criſtum ſignificat .
Sic ergo mutentur vt deſerentes
dyabolum . et xpm ſuum regem eẽ
cognoſcant atque viuãt non ſibi ſed
dauid id eſt christo et hoc in doctrinam
videlicet chriſtianam quia non ſuffi
cit cuique illum regem ſuum dicere
niſi et eius quis ſtudeat preceptis
obedire Sequitur cũ ſuccendit me
ſopotamiam ſyrie Hic debemus ad
ducere bella iſta figuraliter poſita
propter victorias domini ſaluato
ris quas in toto mundo de paga
nis agit et perfidis vt reuera deſtru
cti ab errore veteri mereantur per
gratiam noui hominis immutari
**Nicolaus** Ad litteram ei dauid fecit hũc
pſalmum lamentans deſtructio
nem terre iſrahel antequam veniret ad
regnum et deprecans deuote domi
num pro eius reformacione . Mo
raliter autem per dauid qui prius
fuit paſtor ouium ſignificatur bo
nus prelatus qui peccata populi
ſui deplorat et pro eius reformacõ
ne orat deum dicens
Deus repuliſti nos a te prop
ter peccata noſtra et de
ſtruxiſti nos id eſt vicia a nobis
Iratus es nos flagellando et ca
ſtigando et miſertus es nobis quia
dignaris nos ſic caſtigare ne pu
nias in futuro **Jeronimus** Repellit nos ac

deſtruit eum peccamus: miſeretur
ac edificat eum ad eum per peni
tentiam re **Hugo** [Cō
uertimur moui
ſti terrā] id eſt corda noſtra terre
na timore cōcuſſiſti per minas fu
turi iudicij **Glosa.** [La cōtur
eui baſti eā
] per penitentiam cōſcientia eorū
accuſante ſicut ergo incepiſti p
fice hoc eſt [ **Hugo** gr̄e tue
ſana] medicina
[cōtriciones ei⁹] ī vulnera pecca
torum de quibus conſcientia cōte
ritur [quia commota eſt]

**Jeronimus** a malicijs ad
penitentiam
vt fructum exhibeat ſanctitatis.
Quid autē dominus peccatorib⁹
conuerſis exhibeat conſequenter
ſubiungit **Nico** [Oſtēdiſti
dicens ] i ſacra ſcri
ptura [populo tuo dura] videlicet
penam peccatis debitam

**Hugo** Et ꝙ oportēt oēs q̄
in chriſto pie volūt
viuere per multas tribulaciones
intrare regnum dei actuū. xiiij.

**Caſſio.** Non enī iubet ocio
vacare ſuos famulos
ſed vt duris laboribus exercitati
ad palmam miſericordie ei⁹ mere
antur adduci. Sic enim a paul⁹ di
cit. Nemo coronatur niſi qui legi
time certauerit. Addidit qꝫ [potaſti
nos vino compunctionis]

**Hugo** ī amaritudinibus
In hoc ꝙ dicitur vino
notatur dulcedo: ꝗ in hoc ꝙ dicit̄
cōpūctōis notat̄ amaritudo. Et iū
gūt̄ ꝙ domin⁹ ſiꝉ nō dat hic vnū
ſine altero. Vñ in alio pſalmo dī
Scdm multitudinē dolorū meoꝝ i
corde meo ꝯſolacōnes tue letifica
uerūt aiam meā. Et docet ait bea
tus gregori⁹. mirabili diſpēſacōe
fit dum exteri⁹ affligit iteri⁹ ꝯficit
[Dediſti metuentib⁹ te ſignifica
tionē] i. ſignificaſti eis p has tē
porales tribulacōnes [vt fugiant
a facie **Gre.** xix. moralium
arcus] Quid hoc loco
p arcū niſi dies extremi iudicij de
ſignatur. In arcu eiꝗ quāto longi⁹ cor
da trahit̄ tāto diſtrictior ex eo ex
it ſagitta. Sic nimirū extremi iudi
cij dies q̄nto longi⁹ differēt veni
at: tanto cū venerit de illo diſtricti
or ſētentia prodit. Idcirco fidelib⁹
dat̄ ſignū vt fugiāt a facie arc⁹ id
ē a ſentēcia vltī iudicij. Ac ſi dicat.
Hoc tēp⁹ mīe eſt. illud temp⁹ iudi
cij erit: per iſta ergo hui⁹ tpis fla
gella figuras: quō paſſurus es
tūc q̄n non parcēs iudicas q̄ ſic di
ſtricte mō percutis q̄n parcis: Id
circo nūc diuerſ cladib⁹ ꝗ morbis
vel pericl̄ percutimur vt hic correcti
patiores tūc inueniri valeamus

**Hugo** Hec oia facis domine
deus [Vt liberentur
dilecti tui] a ſeruitute dyaboli i p̄nti
ꝗ ab oi pena ꝗ miſeria in futuro [
ſaluum me fac] vt inueniar in [dex
tera **Aug⁹** Hoc ē: ſi i tpe iſto
tua] tribulacōnes aliq̄s
patiar trāſacta nocte oīm tribula
cōnum ad dexteram tuā mē oues
inue **Caſſio** In q̄ pte ſtatu
nīar ri ſūt q̄ ꝑpetua

felicitate gaudebūt. Sequitꝛ ⌊ a ex
audi ⌊ **Nicola⁹** deprecātem
me ⌋ vitam etnā
pro me a popu **Aug⁹** Intelli
lo meo gat ca
ritas veſtra omnem fidelem habē
tem in corde verbum dei cum timo
re. timentem iudicium futuꝛuz. vi
uentem probabiliꝛ ne de illo blaſ
phemetur nomen ſanctum domī
ni ei⁹ multa deprecari ſcd̄m ſcz cꝛtū
vt pote in languoribꝰ ſanitatē. in
tribulatioibꝰ pacē. a non exaudiri.
ad vitā autem eternaz ſemp exau
diri. Quis enim ſanitatem non pe
tat cum egrotat. et tamen forte
adhuc egrotare illi vtile eſt. Pōt
fieri vt ſi hic nō exaudiaris ad vo
luntatē. vt exaudiaris ad vtilita
tem. At vero cum illud petis vt det
tibi vitam eternam. vt det tibi ad
dexteram filij ſui ſtare cum venerit
iudicare terram ſecurus eſto acci
pies. ſi nō modo accipis. Non ei iā
venit tempus vt accipias. exaudi
ris et neſcis. In radice res eſt non
dum in fru **Hugo** Conter p
ctu. bat q deꝰ
ſaluum faciet a exaudiet cum ſub
ditꝛ ⌊ Deꝰ ⌋ patꝛ ⌊ locutꝰ ē in ſancto
ſuo ⌋ hoc ē in filio ſuo qui eſt ſan
ctus ſanctorum vt legitur daniel
ix. Locutus eſt enim illud iohan.
xvi. Si quid pecieritis patrē in no
mine meo **Nic.** Et q aſſiſtēt
fiet vobis populo xpia
no ſicut Mathe. vltimo dicit. Ecce
ego vobiſcum ſuz vſqꝫ ad conſum
macionē ſeculi et ex hoc ⌊ letabor ⌋
mente conſolatus. vox ē paſtoris

ecce ⌊ a diuidā ſichimā ⌋ Sichima
humerus interpretatur per quē
onus impoſitum epiſcopis ſignifi
catur quod bene diuiditur qn̄ offi
ciū predicādi a ɔfeſſiones audien
di pſonis ydoneis cōmittitꝛ q ſit
iuxta cōſiliū ietro. xviij. Exo. Onē
partito in alios leuius portatꝛ ⌊ et
ɔuallē tabernaculorū ⌋ i. humilita
tem a ſtatū eccleſiarū ⌊ metibor ⌋ i.
menſurabo quod fit qn̄ ſcd̄m indi
gentiam diuerſorū locorū de bōis
coadiutoribus puidetꝛ. de qbꝰ ſb
ditꝛ ⌊ Meus ē galaad ⌋ Galaad intꝰ
ptatꝛ aceruꝰ teſtimonij a ſignificat
hoiem litteratuz i quo coaceruata
ſunt teſtimonia veteris a noui te
ſtamenti ⌊ a meꝰ eſt manaſſes ⌋ q̄
interpretatur obliuio a ſignificat
religioſum qui oblitus domuz pa
tris ſui: vacat ɔtēplacōnis ſtudio
⌊ a effraim fortitudo capitis mei ⌋
Per effraim que fructifer intpre
tatur ſignificat exercitatum in vi
ta contemplatiua et actiua qui
eſt fortitudo ſcilicet chriſti quoni
am inferiora eius membra ſuſtē
tat verbo doctrine a exemplo bone
vite Et omnes iſti ſunt neceſſarij
ad adiuuandum preſulem in offi
cijs predicandi a confeſſiones au
diendi ⌊ Iuda rex meus ⌋ i. dē ſub
me. a ſignificat rectorē eccleſie ſb
pontifice qui ipſum iuuat in eccle
ſie regimine a ſic pōt dicere ⌊ mo
ab olla ſpei mee. ⌋ Per moab qui
intꝑtatꝛ ex prē: pctōres ſignificā
tur quibꝰ dicit Ioh. viij. vos ex pa
tre dyabolo eſtis. et de ipſiꝰ poteſt
epiſcopus ſperare q per bonos

adiutores ſuos conuerterit ad bonū et ſic obedient ſibi ſic olla deſeruit ad opus domini ſui. In ydumeā extendam calciamentū meū. Per ydumeā que ſāguinea interpretatur raptores et homicide ſignantur q̄ aliquī per bonū epm et eius coadiutores ad bonū reducuntur. et ſic ad eos calciamentum eius extenditur cū per laborē predicatiū ad dn̄m reducunt. xpē qd concludit. Mi alienigene ſubditi ſunt. id eſt gentes per fidem obedient et

Jero.

Vel eſt vox eccleſie. ſi dicentis. In ydumeam. id eſt in mundum. extendā calciamentum meū. id eſt exempla humanitatis mee

Gre.

quia dum per carnem gentibus innotuit q̄ſi calciata ad nos diuinitas venit.

Jer.

Vnde per predicationem euāgelij et exemplorum humanitatis mee. Mi alienigene. id eſt gentes. ſubditi ſunt. credendo

Nic.

Deinde oſtenditur qz predicta bona deo ſunt attribuēda cum

Hugo

dicitur. Quis deducet me. id eſt nomen meum. In ciuitatē munitā. id eſt ad populum pctis vallatū. Quis deducet me vſq̄ in ydumeā. et cetera. id eſt ad gentem infidelem et peccatricem

Nic.

vt conuertantur et regnē in eis. Et reſpōdet. Nonne tu deus. q̄ſi dicat nullus alius hoc facere poteſt niſi tu dominus pater. Qui repuliſti nos. propter peccata noſtra. Peccata nāq̄ ſubditorum delent epiſcopi et eorum adiutores reputare ſua per compaſſionem. Et non egredieris deus in virtutibus nris. et cetera. Hoc ſub interrogatiōe legendum eſt quaſi dicat

Jero.

qz pctis nri firmi ſumus. Et idcirco Da nobis auxiliū de tribulatione.

Hugo

id eſt vt ipſa tribulacio quā hic patimur nobis ſit auxilium ſempiternum in futuro. qd fit quando ipſa tribulatio patienter tolerat.

Gre.

Adiutrix virtutum tribulacio eſt. Et iterum. Tūc melius liberat cū paciencia dat. Nec quo ſalutē ab hoīe. Quia vana ſalus hoīs. ſine te ſic dicit apls. Jo. xv. Sine me nihil poteſtis facere. Vanum ē ergo expectare ſalutem ab homine qz iuxta alium pſalmum. Homo vanitati ſimilis factus eſt qm̄ ipe eſt quaſi fantaſma quia mō apparet magnum quod et cito poſt non inuenit. Vnde iacobi. iiij. dicit. Que eſt vita noſtra. et cetera. et ſtatim reſpondet. Vapor eſt ad modicū parens

Jeronimus

Audiant hec qui ſpes ſuas in potentijs hominum vel in terrenarum diuiciarum ſplendoribus ponūt qz vana ē ſalus hoīs

Col.

Et qz neq̄ q̄ plantat eſt aliquid neq̄ qui rigat. Idcirco. In deo faciemus virtutem. a peccatorum conuerſione quia ipſe dat incrementum. Et ipſe ad nihilū deducet tribulātes nos. id eſt ſpiritus malignos quorum labores annihilātur quādo peccatores ad bonum gratie reuocantur. Ab alio

autem in verſu ſupradicto de⁹ locut⁹ eſt in ſancto ſuo vſqꝫ in finē. Omnes v̄ſiculi iſtius pſalmi cōtinent̄ i ſecūda pte p̄s. Cviij. vbi aliam q̄ꝫ hic inuenis expoſicionē glose ꝓpinquiorem

**Nico.**

In expoſicione hiſtoriali iſtius pſalmi ¶ Poteſt ⁊ iſte pſalmus moraliter exponi de quolibet vere penitente qui conſiderans regnum anime ſue per peccatum preteritū deſtructum plangit. ⁊ pro reſtitucione ipſius ad ſtatum virtutis ⁊ grē deprecat̄ Ad hoc āt adiuuat̄ p quatuor. q̄ q̄tuor nomina in hoc pſalmo expſſe ſignificāt̄ Primuꝫ eſt pura cōfeſſio q̄ p iudam deſignat̄ qꝛ iudas confeſſio interpretatur Scdm eſt a recidiuo preſeruacō q̄ p manaſſeꝫ intelligitur eo q̄ꝫ interptatur obliuio Tal' eniꝫ ſic ſe habet ad preterita peccata q̄ſi oblit⁹ ſit ipſa iterum ppetrare. Tertium eſt boni operis multiplicacio que deſignatur per effraim qui interp̄tatur creſcens aut fertilitas. Quartum eſt proprie conſcientie teſtificacio ſcdꝫ illd apoſtoli. ij. ad cho. ⁊. Gloria noſtra hec eſt teſtimonium conſcientie noſtre ⁊ figuratur per galaad qui interpretatur aceruus teſtimonii. Talis autem penitens ſubijcit ſibi concupiſcentiaꝫ carnis per moab deſignatam. q̄a moab interpretatur ex patre Et hec concupiſcentia carnis trahitur ex carnali generacione. Iteꝫ ſubijcit ſibi concupiſcenciam oculorum q̄ figuratur per ydumeā que terrena interpretatur. Item ſubijcit ſibi ſuperbiaꝫ vite que per philiſteam deſignatur eo q̄ꝫ ore cōtendēs interpretatur. Superbi enim verbis deſpicabilibus nituntur contra alios contendere. Vnde tranſlacio gallicana habet alienigene ſubditi ſunt. hebraica habꝫ philiſtea vel paleſtina ſociata eſt. Et quia omnia bona que talis penitēs habet emanant a deo Ideo ſibi eſt tota victoria attribuenda

**Jeronimus** In ipſo ē virtus noſtra. in ipſo omnis gloria. ⁊ ipē ad nihil rediget tam vicia que nos tribulant. q̄ꝫ inimicos qui nos impugnant. ⁊ ab ſpe eternitatis conantur reuocare. Propt̄ qd ipſi iugi gratiaruꝫ actione laudemus ⁊ glorificem⁹ qui ē benedictꝰ in ſecula ſeculorum Amen

# Pſalmus.lx.

**Exaudi deus** deprecationem meam.

**Nicola⁹** Ad litteraꝫ. dauid fecit iſtum pſalmum pro ſua euaſione de manu ſaule exercitus ei⁹ q̄ cingebāt dd ⁊ viros eius in moduꝫ corone ne poſſent euadē vt habet̄ .j. regū xx.iij.

**Gloſa** Allegorice vo p̄s iſte ē vox eccleſie laborātis i t'ra q̄ i vox x vni⁹ hois. vii tit'ls ei⁹ talis eſt In finē i hymnis pſalm⁹ dd

**Caſſi.** Finis ei legis xp̄s ē ad iuſticiam oī credēti ¶ Hugo pſalm⁹

enim iſte dirigẽs nos i finẽ .i. i cri
ſtũ habitꝰ in hymnis voce ẽ in lau
dibꝰ. attri **Augꝰ** .i. chriſto q̃
buit dauid — reit ex ſeie
dauid vt eſſet homo inť hoies [et
equales angelis faceret hoies
**Gloſa** Intẽcõ pſalmiſte ẽ
exhortari omnes ad
chriſti laudem Eccã igitur aut po
pulus fidelis laborans in hac vita
clamat ad dominum dicens
Exaudi deus deprecacionem
meam intende oracõni mee
**Hu** Exaudire diciť aurıbꝰ .itẽ
dere autẽ oculis. vox audi
tur aute. opꝰ autẽ intendiť .i. vide
tur oculo Hec aũt duo neceſſaria
ſunt ei qui vult a dño exaudiri viz
vt nõ tm̃ ore t voce ſʒ etiã ope. Non
ei ceſſat orarẽ q̃ non ceſſat bñfacẽ
Et ideo poſtq̃ dixit Exaudi ee ſub
iũxit intende q̃ſi dicat audi vocem
et aſpice ad opa. Hec autẽ oracio
nõ eſt vniꝰ hoĩs ſed totiꝰ eccleſie.
**Caſſio** Vñ cõgregacõ iſta
.i. iuſtorũ deꝑſſa mal
ſcĺi in vniũſis gẽtibꝰ. cõgemiſcẽs
clamat ad dominum dicens
**Jero** [A finibꝰ terre] id eſt a
quatuor mũdi ptibus ex
quibus collecta eſt eccleſia [ad te
clama **Nico** i tpe ãguſtie vñ
ui] ſubdit [dũ anxi
aretur cor meũ] inť preſſuras .i. vi
cia huius **Augꝰ** Vita nr̃a in
ſeculi hac peg̃na
cõe nõ p̃t eſſe ſine tẽptacõe q̃a ꝑ
fectꝰ noſter p tẽptacõem nr̃am fit
nec q̃ſq̃ p̃t coronari ñ q̃ vicerit.
nec p̃t vicere niſi certauerit. nec p̃t
certare niſi inimicũ et temptacões
habuerit Et licet anxior tũ nõ vĩ
cor. **Jero** [in petra] hec eſt in te
q̃ ipſo qui es petra ſta
bilis Vnde apl's ait. Petra autẽ
erat xp̃s In te ergo per fidem.
**Hug** [exaltaſti me] videlicʒ
ſuper inimicos meos dã
do mihi victoriã de eis .i. inſuper
[Deduxiſti me] **Caſſiodorꝰ.**
id eſt duces in illam futurã reg̃
em quã beatis tuis polliceris Cau
ſas ſubdit quare ipſa eccã deduci
tur ad ꝑimum dicens [q2 factꝰ es
ſpes mea] ivi **Aug.** Nõ ei pdit
ta preſenti .nos deꝰ xp̃e
q̃s filiũ ſuũ miſit tẽptari crucifigi
mori .i. reſurgẽ. Hẽmꝰ eñ duas
vitas. vnã i q̃ ſumꝰ Alterã quã ſpe
ramus In qua ſumus nota ẽ no
bis: quam ſperamus ignota ẽ nobꝭ
Tolera in qua es. .i. habebis quaʒ
nondũ habes. Quomõ toleras .i.
vt non vincaris a temptatore. la
boribus ſuis temptacõĩbꝰ paſſio
nibus morte ſua demonſtrauit ti
bi vitam in qua es. reſurrectione
ſua: vitam in qua eris. Nos enim
nõ noueramꝰ ñ naſci hoĩeʒ .i. mori
reſurgẽ hoĩeʒ .i. viuẽ i eternũ noue
ramꝰ Suſcepit qd' noueras .i. demõ
ſtrauit quod nõ noueras Ideo er
go factus es ſpes noſtra in tribu
lationibꝰ .i. tẽptationibus Et q̃d
ſperaꝰ **Jero.** Certe quõ tu reſur
rexiſti immortalis .i. nos credimꝰ re
ſurgere Ipſe etiã factꝰ eſt mi [tur
ris fortitudis] .i. defẽſio mea [a fa
cie] .i. a pñcia [inimici] .i. dyaboli

vel nequiciaꝝ eius vt nos ab ei⁹
inſidijs muniat ⁊ defendat.

**Aug.** Sed ſi ab inimici inſidijs
vis eſſe tutus recordare
chriſtum ⁊ intra turrim. quibꝰqꝫ
patetis cogita quia prior paſſus
eſt. Et cogita quo fine paſſus eſt.
vt moreretꝫ ⁊ reſurgeret. Talez ⁊ tu
in finem ſpera qualis in illo pceſ
ſit ⁊ itraſti turrim non conſentiē
do inimico. de illo turri iaculare te
la quibus feriatur quibus vinca
tur. Que ſunt illa tela? verba dei fi
des tua opa tua age ī hac turri āb
non ceſſent manus. opera tua bo
na gladij ſunt interficientes īimi
cū. In hac igitur turri munitus

**Nicola** [Inhabitabo ī taber
naculo tuo in ſecula
]id eſt in celo empireo.

**Jeronim⁹** In illo vtiqꝫ vbi
ſine fine manſu
ri deum iugiter contemplabimur

**Aug⁹** Vel eſt vox eccleſie q̄
vſqꝫ in finem ſeculi in
tabernaculo domini in hac vita ſe
dicit militare vt ſemper natos col
tigat ad regnum

**Glosa** ⁊ ne teptacō īimici me im
pugnet [protegar] contra eſtus
viciorum [in velamento alarū tu
arum ] idest in munimine miſeri
cordie ⁊ potentie tue que alis com
pantur quia ne conerant ⁊ omnē
auertunt

**Hugo.** Et vere pte
lesionem gar a te
[Quoniaz tu deus exaudiſti ora
tionem meaz ] vt non ſolum in p̄
ſenti iſta vita me protegas atqꝫ
cuſtodias ſed vt ⁊ futura bona lar
giaris vnde ſequit̄ [dediſti ] idest
dabis [hereditatez ] patrie celeſtis
[timentibus nomen tuū ] domine
timore filiali. Vnde eccle. xl. Tior
dm̄ padiſus benedictōis Poſtea
oñt quid in illa hereditate celeſti
habebit dicens [Dies ſuper dies
regis ad ijcies ]

**Cassio.** Eternitatem
ſignificat do
mini ſalvatoris. q̄ vere rex noſter
dicit̄ qm̄ ab ipō regimur ⁊ ei⁹ vtu
te ſaluamur

**Aug** O deus pat̄ dedi
ſti xpō regi nr̄o
non ſoluz iſtos dies in iſto tempo
re cuz fine ſed dies ſuper dies iſtos
ſine fine. Tu ergo [adijcies dies]
eternos ſup temporales [regis] no
ſtri chriſti vt non ſolū dieb⁹ iſtis
trāſeuntib⁹ regnet xp̄s i eccia ſua
ſed regnet cū illo ſcī in dieb⁹ illis
q̄ nō hebūt finē. Et adijcies ſiliter
ſup. [anos ei⁹ vſqꝫ in diē gn̄acōis
⁊ gn̄ario nis ]

**Nico** Repeticō eſt
eiuſdez ſine
ad maiorē declaracōez eternitatis ⁊
celeſtis btī tudis

**Aug** Ait ei vſqꝫ in
diē gn̄acōis
h⁹ vite que eſt mortal ⁊ gn̄acōis
q̄ regnabim⁹ reſurgēdo ⁊ p mane
bim⁹ met̄

**Hugo** Im ꝑprie āt
nū cū deo dī eternitas
habē dies vl̄ ānos Sz loq̄tur more
hūano ſic ibi ⁊ āni tui n̄ deficient
Hoc āt diez vl̄ ānoꝝ eternitatē bre
uit̄ expoit. d. [Permanz ] ⁊ pma
nebit ſcdꝫ vſū nr̄m loq̄ndi ppl̄ v. ſ.
fidelis [i eternū ] ⁊ ſine fine [i ɔſpe
ctu dei ] videns deum facie ad faci
em ſicut dicit̄. yſaye. xxxiij. Regē
in decorē ſuo videbunt ⁊ nulla beati

nidſine[ miſericordiã ⁊ veritatẽ ei⁹ quis requiret. ⁊c. ] quaſi dicat null⁹ quia ibi non erit miſeria nec miſer ⁊ ideo nullus requiret ibi miam. nec veritatem requiret de gaudiis promiſſis

**Caſſio.** Cum in eternũ poſſideant regna celorũ pmiſſa ſicut ipẽ dominus apl'is ſuis dicit Nunc quidez triſticiã hẽtis. rurſũ ãt videbo vos. gaudebit cor veſtrũ ⁊ gaudiũ vrm nemo tollz a vobis In illa die ñ rogabitis quicq̃. Sic fit vt nemo ſãctorũ miam ⁊ veritatẽ req̃rat cũ illius cõtemplacõnis ineſtimabili munẽ perfruantur

**Auguſti⁹** Et quomõ nobis de⁹ exhibuit miſericordiã ſuaz. dimittẽdo peccata noſtra. ⁊ veritatem ſuã. exhibẽdo promiſſa ſua. ſic ⁊ nos faciam⁹ B miam circa infirmos. circa egentes. circa inimicos noſtros. ⁊ veritatem non peccando non abiiciẽdo peccatũ ſup peccatum. Sicq3 poterim⁹ ad regna pmiſſa puenire

**Jero.** In quorum plenitudine gaudiorum eccleſia ſpez ponens ſub ⁊ cum il iecit[ Sic ]

**Hugo** liberedi tati celeſti introduct⁹ ero[ pſalmũ dicã nomini tuo ] id ẽ laudabo nomen tuũ[ in ſeculũ ſeculi ] hoc eſt i eternum Vnde in alio pſalmo dic Beati q̃ habitant in domo tua domine in ſecula ſcl'orũ laudabũt te Sic inq̃ faciam illud in futuro[ vt ][ in preſenti[ reddam vota mea ] baptiſmi et religionis que pmiſi deo cuſtodire[ de die in diem ]

**Caſſio.** Reddamus ergo vota noſtra in iſto tranſitorio die vt i illa phẽnitate laudes domini eodez preſtante decantare mereamur Orat in hoc pſal. eccã ⁊ popul⁹ fidelis a finib⁹ terre quia factus eſt domin⁹ ſpes eius Poſtea que ſe auditum hĩnnidica exultatione gratulat̃ qñ in cõſpectu dñi augiter apparebit

**Jero.** Pſallet ſemp domino laudes. cum corrupcio huiuſmodi induerit incorrupcõez ⁊ mortale hoc induta immortalitate refulſerit Quod ⁊ nobis preſtare dignetur vt conformes facti glorie ſue. erepti a corruptione mortis ſecunde pſallere mereamur in ſpiritualium oblatione votorum nomini eius qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

## Pſalmus.lxi

**Nonne deo** ſbiecta Titulus In finẽ p idithun pſalmus dd

**Nicola⁹** Ad litterã dauid fecẽ hũc pſalmuz cum de terra moab rediit in iudeam magis volens eſſe in terra diuini cultus cum ſuo periculo corporali q̃ in terra ydolatrie dedita cũ virorum ſuorum piculo ſpũali.

**Collector** Iuxta vero ſpiritualem intellectũ pſalmus iſte exponitur de viro iuſto qui contemptis tempoꝛalibus ad celeſtia aſpiãt qd bñ inuit h⁹